Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De Simonia in permutatione & locatione cap. 91.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

le eſſet Simoniacus, qui ficte pe-
cuniam promitteret pro beneficio
accipiendo, animum tamen non
haberet eam dandi.

De Simonia in permutatione & locatione. Cap. 91.

PErmutare ſpirituale cũ tem-
porali officio, vel cum ſpiri-
tuali, quod maiori ex parte
temporale eſt, vel cum penſione,
aut beneficium cum beneficio ſi-
ne ſuperioris licentia, etiam petita,
ſed non obtenta: Simonia eſt: quæ
Simonia etiã interuenit, quoties-
cunque in ea permutatione inue-
nitur aliquid datum per modum
pretii, vt ſi quis quia aliud bene-
cium eſt dignius, aut pinguius, p-
ciſcatur de pecunia aliqua, vel c-
modo alio pecunia æſtimabili ſ-
ſuper accipiendo. Et per ſuperio-
rem hic intelligimus eum, q-
poteſt beneficia conferre. Io-

care ſimiliter iuriſdictionis poteſtatem, ſeu vices ſpirituales, eſt Simonia. Non tamen locare, aut vendere obuentiones, & oblationes Eccleſiaſticas, vt fructus qui ſibi ex iuriſdictione cōtingunt ſi fiat ad conceſſum tempus, videlicet ad triennium, vel nouennium, & quanquam nullo iure prohibitū ſit. vt tales fructus locentur ad vitam locantis, id tamen honeſtum non eſt.

De Simonia, & Penſionibus, ac pœna Simoniaci. Cap. 92. & 93.

PEnſiones, quæ loco beneficiorū dantur, vt pro adiutorio in officio ſpirituali, non licet vendere, vel emere, at quæ dātur ob ſeculare officium ergā Eccleſiam, vendi, & emi poſſunt. Licet autē pēſiones quæ dātur ob reſignationē alicuius beneficii, redi-